



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

D. D. Roderico Ordoño Alvarez de las Asturias, Naua, & Noroña  
prim[a]euæ antiquissimæ Domus de Noroña successori apud Italiam  
Principi, ac Duci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**



D.D. RODERICO ORDOÑO

Alvarez de las Asturias, Naua, &  
Noroña primæ antiquissimæ Do-  
mus de Noroña successori apud Ita-  
liam Principi, ac Duci.



*ECINIT Periander Græcus, Ad  
elucubrationum tuarum pro-  
tectionem Mecænatem per-  
quire, qui præcelsa nobilitate præful-  
geat. Nobilitas enim nuda sine aliarum  
virtutum fulcris præstantissimum est  
firmamentum. Te igitur clarissimè Adole-  
scens feliciter adeo, si præcelsæ nobilitatis  
præfulgens Mecænas est perquirendus: anti-  
quitatis enim Iberiæ monumenta euoluens  
te inuenio vigesimumquintum Varonem suc-  
cessorem legitimum illustrissimæ Domus de  
Asturias, Naua, & Noroña, vnde præcla-  
rissimi Hispaniæ Proceres suam trahere ge-  
stunt*

sciunt originem: & vnde nonnulli exteri Reges sanguinem purpurasse profitentur. Quid mirum, si Proauus ille tuus Alfonso Aluarez de Naua sortitus est Regem, ac Dominum suum D.D. Henricum secundum ex eadem propagine exortum in filium adoptare. Parum iam tibi tot Comitum, tot diuitem Hominum, tot Merinorum, tot generalium Ducum, tot Prouinciarum Præsidentum, tot Pedagogorum ac Præfectorum Domus Regum esse filium. Ne autem videar, id temerè indicasse: quod ab vtero hausisti, quod moribus, & ingenio refers, quod à tuo perillustri Auunculo D.D. Sancho de Doriga Toletanæ Ecclesiæ Canonico, Granatensi, ac Vallisoletano Inquisitore doctissimo, merittissimo, post impigrum ipsius laborem, didicisti, tuam ad memoriam grauissimorum Histographorum calamo exaratum, latius transcriptum fideliter idiomaticè, reuocabo Episcopus Sandoüal in Cardenie Fundatione de hac præclarissima Domo locutus §. 4. profatur: Ex hac illustrissima Familia ortum habuit Ximena Diez: & de eadem stirpe

stirpe procedunt Velascos, Quiñones,  
Comites de Licuana, ex quibus Giro-  
nes, & Rodriguez de Cisneros, gene-  
rosæ quidem familiæ exortæ in Mon-  
tibus de Ouedo y santillana, è qui-  
bus tanta Hispaniæ nobilitas profluit.  
Inibi natus est magnus ille Eques D. D.  
Rodericus Alvarez de Asturias Domi-  
nus de Norena. *Idem Antistes in Cronica*  
*Regis D. Alfonsi VII. commendaturus cla-*  
*rissimam Gironum Familiam ann. 1136.*  
Non credendum (*inquit*) quòd D. Ro-  
dericus Gonzalez Giron ex priuato  
vulgari Milite ad præcelsum illum per-  
uentauit statum, eo quod ex vestimen-  
to Regio segmentum (*seu Giron*) instar  
Dauidis, detraxit. Ex antiquissima  
enim ac nobilissima Domo de Astu-  
rias Equitem magnum esse traxerat.  
*Contestatur Ioannes Garcia de Hispanor.*  
*nobilit. gloss. 18. num. 23. & 24. Dum ait:*  
*D. D. Henricum D. Alfonsi Regis filium, vt*  
*Aliquid (vulgariter Algo, haberet, &*  
*Hispano more Hijo de Algo nominaretur)*

ã 4 D. Ro

*D. Rodericus Alvarez Domus de Norueña Dominus in filium adoptauit: ipseque Henricus ob Roderici obitum hanc Domum velut hæres obtinuit: Preponente scilicet D. Roderico sui Principis comoda propria posteritatis ostentationi. Quid plura? Pater Mag. Fr. Antonius de Yepes Benedictinus Ordinis sui annales scribens, sic de tua illustrissima Familia loquitur: Profapia hæc præclarissima cum Legionensibus Hispanis Regibus sanguinem miscuit: diuitiarum eius tunc vis erat immensa: eius in Asturianis Montibus potentia maxima, procedens videlicet ex præcelsa Domo Comitis D. Didaci Rodriguez foceris D. Roderici de Viuar Cid nuncupati.*

*Iam verò illa Periandri nota particulam. Nobilitas enim nuda, &c. Profectò (vt verbis ludam, nobilitatem eximiam tuam nudam aspecto. Gudiel enim eam commendaturus, ait: Diuitiarum inopia tantam profapiam penè obliuione obrutam habet. Et Sandoual*  
*per se*

*persequens Domus de Naua encomia, & verba faciens de Infantibus Christina, & Ximena, adicit: Certissimum est, eas traxisse genus ex Asturiæ Domo, & hac tempestate trahere. Sed antiquitas gignit obliuionem, & diuitiarum defectio firmamenti stellas obnubilat. Attamen ea est nobilitas tua ô Roderice, quam nec diuitiarum abundantia exauget, nec penuria imminuit. Iam contemplatus es cœleste illud portentum, de quo Ioannes viuens Apoc. 12. Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta sole sole, amicta (noster Alcasar ait) describitur quia nuda apparet proprio induta fulgore. Solaris namque splendor vestimenti ornatu non indiget. Tuam nobilitatem nudam tot ornatam fulgoribus Cressi ac Crassi vestitæ nobilitati preponendam non dubito. Spero tamen Magni Regis Catholici benignitate dicam an iustitia? ob tam nota tuorum Maiorum obsequia, ob tam illustria, pace, belloque facinora, tuam nobilitatem agnatis*

ā      5      tis

*tis nunc solummodo vestitam fulgoribus prædiuitibus fortune indumentis exornandam. Si igitur nuda nobilitas (vt ad Periandum recurram) sine aliarum virtutum fulcris præstantissimum est firmamentum, te ad meum Opusculum Mecenatam requiro non solum nobilitate eximium, sed & omnium virtutum fulcris stipatum: quæ si recensere intenderem, non Epistolam per longam scribere, sed integrum cogerer Volumen attexere. Vale.*

Tui obsequentissimus

ANTONIUS DE ESCOBAR  
& MENDOZA.

OPERIS